

cem de cœlo audisse: Non Nymphis, sed Jo-
vi dicato. Se Atacum dixit, Lacedæmoni-
bus prædixit captivitatē sub Arcadibus.
Atheniensibus Persicam formidantibus clas-
sem; decennio Persas nequaquam ventu-
ros, prænuñciavit. Scripsit Theogoniam,
Curetum genus, structuram navis Argus, &
expeditionem Jasonis in Colchon, totum
metricè: quibus muneribus Cretenſes ei fa-
crificant uti Deo. Hæc & alia perhibentur
à Laertio, ubi dudum, Suida, d. Platone
de Legib. lib. 1. Apollon. de Mirabil. histor.
cap. 2. & Erasim. Chiliad. 1. Centur. 9. n. 64.
qui Chiliad. 4. Centur. 2. n. 76. ait: Epime-
midis pellem adſervari abdicam, ceu rem ſa-
eram, apud Lacedæmonios.

Sacra Li-
no, vel Ma-
nerui.

17 Inter Ægyptios funebria sacra
Lino, filio unico primi Regis Ægypti,
quæ musicâ fiebant, & convivio. Herodot.
2. n. 23. Agrè fert historiam Paulata-
nias, & intelligit de Lino fidicine, filio
Uranie. Musices cum gloria superiores omnes
anteisse (inquit, cap. 303.) & ab Apolline,
cui se canu conferebat, occisum. De Lini qui-
dem morie ad barbaras etiam gentes luctus per-
venit: siquidem apud Ægyptios carmen usur-
patum est, quod Linum Græci dixerunt. Cum
enim Lini casus cognitus haberet Homerus; in
Achillis scuto Vulcanum inter alia calasse com-
mentus est, puerum fidibus canentem, Linum.
Ab Hercule citharâ interfectum, dicemus,
Isagog. Jul. n. 3. De convivio in luctu Li-
ni sacro, inquit Herodot. d. n. 22. Pane
viri vescuntur, quem ex farre sciunt, quem
panem Cælestem nominant: cum multi con-
venerunt, & à cœna discedendum est; circum-
fert aliquis in loco mortuum e ligno factum,
& opere verum maxime imitantem, longitudi-
ne cubitali, ostendensque singulis convivarum;
ait: In hunc intuens, pota & oblectare, ta-
lis post mortem futurus. Idem refert Munster
in Cosmograph. lib. 6. cap. 38. Plutarch. de
Osiride & Osirid. festum vocat Maneron, &
Maneroti sacrum; sumptum nomen à
musicâ sono astruit; quod etiam asse-
runt AA. præfati. Sic enim eodem in fe-
sto luctus & plausus aparente morie, ut
fit in Franconia, diximusque Tom. 5. T. 9.
D. 3. n. 9. ex Joann. Bohem. de Morib.
Gent. lib. 3. cap. 15. Vide 26. Mart. 29.

DIES XX. JANUAR.

XIII. K.

Grad. 30. Solis in Capricorno, de
quo Jul. Firmic. Si in horo-
scopo invenitur, facit natos pigros, qui nun-
quam cœpta perficiant. In quo occidit caput

Cancr. Grannuyf. 8. de Propriet. rer. cap. 19.
Est Capricorni occasus, de cujus influxu
Jov. Pontan. Uran. lib. 3. inſit:

Sede jacens ima patrimonia vertit, opesque
Alternat patrias, proprijs quas viribus inde
Colligit, & diti per agit sua fata senecta
Ac sibi vel natos aliena stirpis adoprar:

Pontan.

Aut prolem ignoto genitam de semine tollit.
Aquila stat & Auster: medium Cancr. occidit, &
Aquarius emergere incipit. Ptolom. Posteriora
pisces in viro. Spher. Arab. Sagitta & annu-
li sunt. K. P. R. Dexter humerus Auriga ma-
ne occidit. Junctin. K. A.

2 Extenuatis aquis diluvij apparuerunt
cacumina montium. Abulenſ. & Cajetan.
Vid. 1. Decembr. n. 2. Anno post diluvium

circiter decimo, cum Noe coleret terram,
primusque vineam plantasset, vino inebria-
tus, impudicè jacuit in tabernaculo. Vidit
nepos Chanaan, patri nunciat, qui irrisit
Noe, & deinde fratribus indicavit. Berol. 1.

Inebriatio
Noe.

de Tempor. subdit: Cham semper magicè &
venefica studens, Zoroast nomen consecutus erat.
Is patrem Noam odio habebat, quia alios ul-
time genitris ardentius amabat, se vero despici
videbat: potissime vero idem insensus erat pa-
tri ob vitia. Itaque nactus opportunitatem, cum
Noa pater madidus jaceret, illius virilia com-
prehendens, taciteque submurmurans, carmine ma-
gico patri illiſit, simul & illum sterilem perin-
de atque castratum effecit. Hac de causa dicunt
Rabbini non ei subjunctam clausulam com-
munem alijs, nempè, Et genuit filios, & fi-
lias: de quo videtis Tornell. Ann. 1662. n.

Cham Noe-
mum faci-
navit.

2. E somno ergo imperrectus Noe maledi-
xit nepotem, & in illo patrem, & bona Sem-
o & Japheto precatus; sed huic maxi-
mè, & nobis in ipſo, dum dixit: Dilaret
Dominus Japhet, & habitet in tabernaculis Sem.
Genef. 9. 27. Si in Sem Synagoga, igitur
ab illo Hebræorum progenies, & in Japhet
Gentilitas; hæc habitat non in suis taber-
naculis, sed in tabernaculis Sem: felicitas
ergo, quam expulit Synagoga, conversa est
ad Gentes.

Felicitas
Gentili-
tatis.

3 Cum quadragenarius esset Isaac, ei
à patre sollicitatur uxor, quam volebat esse
Chananitidem. Unde vocans Eliezer, do-
mum suæ præpositum (à quo Hebræi in Ge-
nes. 15. dicunt fundatam Damascum) virum
industrium ac fidelem, sacramento adegit
novo ritu (impositâ scilicet manu subter fe-
mur Abraham, cujus mysterium servum la-
tebat: quandoquidem herus intendebat ju-
rari per Meisiam à se in carne venturum)
ne pateretur unquam semen suum permis-
ceri alieno sanguini. Unde oportebat transire
in Mesopotamiam, ac ex familia Nachor fra-
tris

Damascus
fundata ab
Eliezer.

Qui jurat
Abrahamo
de addu-
cenda con-
janguinea
in uxorem
sui.

tris sui adducere filio conjugem; quod ser-
vus ita juravit, postridieque proficiscitur.
Gorionid. 1. Histor. Judæie. ex Genef. 24. à 2.

4 Res Persicæ à morte Artaxerxis Lon-
gimani usque ad Darium (uti observat Ge-
nebr. ab Ann. 3669.) qui dicitur Codoma-
nus, de quo fusè Arrianus, & Q. Curtius in
Histor. Alexandr. ita conturbata, ut factio-
nibus inter Reges & fratres penè corrue-
rint; imperantibus plus Principibus, seu Sa-
trapas, quam Regibus, uti accidit varia for-
tunâ sub Xerxe II. Sogdiano, Dario Notho,
Artaxerxe Mnemone, Ocho, & Arse, quo-
rum Monarchiam perturbabant Sattrapæ,
potissimè Bagosès, Ægyptius, apud præſa-
tos summæ potestatis & auctoritatis Eunu-
chus; quem sustulit Darius Codomanus, ul-
timus Persarum Rex, victus ab Alexandro,
compellens ebibere venenum, quod sibi in-
ſidians paraverat; uti relatum die, 7. n. 4.

Darius ul-
timus Rex
Persarum
quis?

Jaddus ad-
dictus Per-
sarum Re-
gibus sacro
foedere.

In hunc, cognitum magis amissione Mo-
narchiæ, quam imperio (quoniam etsi non-
nulli propter egregia gesta dicant appella-
tum Darium, & faciant fratrem Ochi; ali-
ut videri licet apud Briet. Turfelin. & Sa-
lian. arbitrantur ignobilem, & assumptum
in Persarum thronum à Bagosè Sattraparum
Duce, & copiarum regni) cum devenisset
Persarum regimen; Jaddus Summus Sacer-
dos, caputque populi Judaici (siquidem à
remigratione è Babylonia penes Summos
Sacerdotes, & non penes Principes sæcula-
res, erant Republicæ habent; uti astruit
sæpe Genebrardus, maxime in principio
lib. 2. Chronolog. Ann. 3638.) sub juramento
promisit fidelitatem, ac vectigal, quod pris-
cis Persarum Regibus Judaicus solverat
populus.

5 Jam enim devenerat tempus pugne
Hirci cum Ariete, prænuñciata à Daniele.
Unde post victoriam Hirci, id est, Alexan-
dri Magni, ad Issum, prope Amanum,
Tauri montis partem, qua Syria à Cilicia di-
viditur (uti notant Stephan. Strabo lib. 11.
n. 19. & nos dicemus, 5. Jul.) velociter tran-
sivit in Phœniciam, ubi univèrsam maritimæ
civitates ex odio Persarum ulro sese ipſi
dedidit: restitit Tyrus, quam arcè obie-
dit, & post sex, septemve menses expugna-
vit. Arrian. Alij, ut Blancardus, lib. 2. cap.
6. Supplem. Curtij, asserunt, quatuor dun-
taxat menses intercessisse inter victoriam ad
Issum & Tyri expugnationem; qua de cau-
sa hanc signant in Novembri, & excidium
Gazæ post mensem. Videtis Joann. Freinshem.
in Curt. lib. 4. cap. 4. à n. 1. Adricho-
mius in Simeon, n. 46. signat in sola Gazæ
expugnatione duos menses. Hinc difficile

Alexander
Magnus su-
venter Je-
rosolyma
proficisci-
tur.

Tom. I. Ephem.

videtur, aptare hujusmodi Alexandri tra-
ctus profectioni in Jerosolymam, quæ facta
dicitur post expugnationem Gazæ & Tyri, à
Josepho, 8. lib. 11. quod non credo; quo-
niam immediata Jerosolyma, Gazaque erat
ferè in extremis terræ Chanaan juxta Tor-
rentem Besor, in via ad Ægyptum, cui in-
habat Alexander, ut constat ex Curtio, d.
cap. 7. Mihi sanè visum, ante expugnationem
Gazæ & post debellationem Tyri, Alexan-
dri animo furente accessisse Jerosolymam.
Ita etiam arridet Brietio, Ann. 3722.

Obsidet Tyri
1710.

6 Articulum refert Josephus, 8. cap. lib.
11. Antiquit. aliique ex ipſo. Alexander er-
go occupata Damasco, in qua Persarum
gaza, & deditis Phœnicæ celebrioribus ur-
bibus; hæsit invitè Tyro, quæ cupiebat ad-
versus Persas Alexandri societatem, sed non
imperium; qua de causa per legatos coro-
nam auream magni ponderis obtulerunt,
sed unanimiter abnuerunt iri receptum in-
tra muros: quo responſo excaudit, qui se-
rè impotenti irâ, quoties cogitata non ca-
debant ex voto. Undè civitatem expugna-
re decrevit. Arrian. lib. 2. Justin. lib. 11. Curt.
lib. 4. cap. 2. & Blancard. cum Freinshem
ibid. Vid. 6. Mart. n. 31.

7 Cum resistentiâ urbis & adventan-
tium auxiliorum obsidentis frangerentur
continuo vires, & evanescerent morâ illius
ambitus vastissimæ cogitationes (quapro-
pter penè statuerat Tyri obsidionem solve-
re, ne fugeret Persia) scriptis litteris ad Jad-
dum Pontificem Judæorum, Summumque
Principem, petijt auxilia, commeatu exer-
citu pugnanti, liberumque militibus tran-
situm in Judæam, prælatâ amicitia Macedo-
num foederi Regis Persarum; suadens ut
sibi consuleret, victorice cederet. Abnu-
it Jaddus, quoadviveret Darius, de se ſi-
tore populo præclare meritis: maxime quia
religione in ejus fidem tenebatur. His ver-
bis perculsus animus Alexandri, cum fas illi
nihil esset, nisi regnare; flammam indigna-
tionis evomuit, ultionemque concepit, ita
ut Pontificis poenâ orbis univèrsus diceret,
cui jusjurandum servari oporteret. Doloris
tanti lenimen accepit à Sanaballere Sama-
riæ Præfeto, deficiente à Dario: qua occa-
sione à Rege impetravit edificare templum
Samaritanum (de quo 25. Septembr. n. 7.)
vel continuare fabricam, bello intermedio
suspensam; igitur à Dario prius impetrave-
rat gratiam.

Petit auxi-
lia à Jaddo.

Sanaballe-
tes deficit à
Dario. Ale-
xandroque
jungitur.

8 Tandem Tyrus alto è culmine ruit,
cujus notitiâ perculsus Pontifex Jaddus (eo
Deo acceptior, quò frater ejus Manasès
apostasiâ dissolutior) insolentiam, minusque

Q 2

VI-